

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XVIII. Qvomodo Pveri Reversi coœuis et conciuibus de pietate &
liberalitate Episcopi prædicauerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

expedit. Ut enim salui essent homines precio cōduxit, vero
eo instruxit, rudesque alumnos, & spiritualibus documētis
in formabat, & corporalibus beneficijs conciliabat. Sed
quanto fœnore donaria sua in thesauros domini sui ali-
quotiens congesserit, hoc proximo poterit aduerti elo-
quio.

QVOMODO PVERI REVER-
si coanis et conciuibus de pietate & li-
beralitate Episcopi pradica-
uerunt.

XVIII.

RÆfati etenim pueri cum ad suos coa-
delescentes peruenissent, & quomodo ab Epi-
scopo habiti & instructi essent, quanta esset a-
pud illum disciplina & honestas, quanta pietas & mansue-
tudo nunciatæ cœperunt, mox etiam quantæ munifcen-
tiæ ac liberalitatis circa omnes existeret, prædicare oblixi
non sunt: atque in argumentum rei, cernite, inquiunt, his
indumentis post omnia beneficia sua nos induit, his aureis
cingulis honorauit. Pecunia sua captiuos redimit, suis
impensis eisdem vestit, cibis reficit, & liberos abire per-
mittit, quid vñquam simile visum auditumue est in terra
POMMERANORVM? quid simile nostri pontifices & sacer-
dotes faciunt? Nunc certe aliquem visibilem D E V M
inter homines aduenisse ipsa gratuita redemptio captiuo-
rum, in cippis & compedibus putrefactorum, multos ci-
ues nostros fecerat autumare: sed ille hoc negans, non
D E V M se, sed D E I altissimum seruum pro nostra sa-
lute ad nos directum, dici & credi optat; & animæ im-
mortali-

Ecc 2

mortali-

mortalitatem, & corporum resurrectionem, & æternæ vi-
tæ gloriæ doctrinam dicit esse Christianorum. Quare
non credatur ci? Hæc & his similia pagana iuueniūs à iu-
uenibus audiens, aspirante gratia Dei, tracta est, & attra-
cta per eosdem in eundem fideli ferorem; reuersiq; ad E-
piscopum, gregem non modicum adduxeré, Euangelium
rudimenta suscipere cupientium. Quid multa? Catechi-
zantur, baptizantur; & à pueris & iuuenibus cana patrum
prudentia se passa est erudiri, flammaq; fidei paulatim pro-
grediente concaluit ciuitas vniuersa: neq; iam occulte vel
pauci, sed publice ac multi simul cotidie veniebant ad fidē.
Interea præfatæ coniunx matronæ & pater primitiuorum
in via domi absens vbi audierit, quod vxor & filij totaq; do-
mus eius proiecto paganismo, ritu viueret Christiano, mo-
ri voluit præ dolore. sed vxor prouida cognatos eius & ami-
cos, qui malagma ei consolationis apponenter, obviam di-
rexerunt agroto; ipsa vero domi pro illius conuersione preces
domino & vota non irrita offerre non cessauit. Itaq; reuer-
sus ille cum non solum domesticos suos, verum & alios vi-
cinos, & conciues suos, veterem hominem exutos, in no-
uitate vitæ conspiceret ambulantes, ad conformandum se
illis, Deo visitante cor illius, facile inclinatus est.

*QVOMODO POLISLAVS,
Dux Poloniorum, literis suis Pomme
ranos ad fidem accen-
derit.*

XIX.



V M ea geruntur in ciuitate, P A V L I-
civs & legatitam paganorum quam Christiani-
norū, à duce POLO NIÆ veniunt, peractis
man-